478 [= 89] Paesti rep. 1829. Apud reginam matrem in domo Capomontana VRLICHS. A de Balzo emit museum Neapolitanum a. 1858.

caput iuvenis capillati et pileati

HELPIDI HOMO FELIX
DEVS TE SERVET
FLAVIIS LEONTIO ET BONOSO CONSS p. C. 344
VI IDVS APRILES
CVM CIBES FREQVENTES COLONIAE PAESTANO
RVM COEGISSENT BERBA FECERVNT
NON ALIVNDE AESTIMAMVS STATVM CIBITATIS
ALTIOREM CVLTIOREMQVE REDDI NISI INDVS sic
TRIVM VIRORVM PATROCINIO FVLCIANTVR
OPTIMI CIBES IGITVR HELPIDIO HONESTIS
SIMO VIRO PRO DIGNITATE SVA PATRONATVM
OFFERAMVS CREDIMVS QVOD IN OMNIBVS NOS
PATRIAMQVE NOSTRAM FOBERE DIGNETVR
HELPIDIO
PLACET PLACET HELPIDIO HONESTISSIMO
VIRO CVIVS TANTA AEQVITAS TRANQVILLI
TAS DIGNITAS IVSTITIA INNOCENTIA HVMA
NITAS EX ORIGINE PROPACATA MONSTRA sic
TVR CVIVS · QVE PROLES SANCTISSIMI ET EIVS
VENERAVILIS FLOS DECVSQVE EST TABVLAM
PATRONATVS SIC VTI PARENTIBVS EIVS OP
TVLIMVS OFFERAMVS QVEM SI ACCIPE
RE FVERIT DIGNATVS SPERAMVS QVOD
PRO HONESTATE NOMINIS SVI IN OMNIBVS
NOS AEQVO SINCERAEQVE ANIMO ASPI
CERE AC FOBERE DIGNETVR

corona palma

Recognovi. Prodiit in folio singulari inscripto: *Tavola di bronzo rinvenuta in Pesto in Gennajo* 1829; item cura Urlichsii qui vidit *Bull. dell' inst.* 1836 p. 152; item *Annali civili del regno delle due Sicilie* 1836 vol. 23 p. 117; Guarini fasti duumvir. ed. 1 p. 223 (cuius disputatio *de' consoli voluti municipali* Neap. 1837 ad hanc tab. pertinet; cf. eiusdem iter vagum anni 1846 p. 5 sq.); Osannus in progr. Gissae 1839 edito. Fiorelli cat. mus. n. 1492. Henzen n. 6415.

Helpidi homo felix, deus te servet! — Flaviis Leontio et Bonoso conss. VI idus Apriles cum cibes frequentes coloniae Paestanorum coegissent, berba fecerunt: Non aliunde aestimamus statum cibitatis altiorem cultioremque reddi, nisi industrium virorum patrocinio fulciantur optimi cibes. Igitur Helpidio honestissimo viro pro dignitate sua patronatum offeramus. Credimus quod in omnibus nos patriamque nostram fobere dignetur. Helpidio. Placet. Placet Helpidio honestissimo viro, cuius tanta aequitas tranquillitas dignitas iustitia innocentia humanitas ex origine propa[g]ata monstratur cuiusque [immo *civisque*] *proles sanctissimi et eius veneravilis flos decusque est, tabulam patronatus sic, uti parentibus eius optulimus, offeramus. Quem si accipere fuerit dignatus, speramus quod pro honestate nominis sui in omnibus nos aequo sinceraeque animo* [immo *aequo animo sinceraeque*] *aspicere ac fobere dignetur.* De consulum nominibus cf. Borghesi opp. 7, 172 et Rossius inscr. chr. 1 p. 53. Recte item ille defendit quod legitur v. 8 *industrium; inlustrium* enim condicioni Helpidii parum convenit.

---

479 [= 92] Paesti PAOLI (1784); rep. a. 1786 ARD. in duobus magnis lapidibus quorum alter fuit in loco dicto Spinazzo, alter in agro coloni cuiusdam ex Giungano BAM.

Q · CEPPIO · Q · F · MAE · LONGINO · PON....
II · VIR · DESIGN · VIXIT · ANN · XX
Q · CEPPIO · CALLIMACHO · PATRI
AVIANIAE · MATRI

Paoli (1784) p. 169; Arditi misit Marinio Neapoli 11 Iul. 1786 (cod. Vat. 9043 ep. 11); Amadutius in schedis Savignanensibus, cui descripsit Lud. Blanconius Bononiensis; Bamonte p. 97.

1 PON.. Bam., PON Ard. Amad., PONT Paoli. — 2 DESIGN.... VIXIT Paoli, DESSIGN· VIX. Blanc. — 4 AVIANAE Paoli Bam.

Confert Bamontius nummum Paestanum (Carelli n. 215; Garrucci syll. p. 67 *k*) inscriptum Q·CEP | PE (vel DE) ·III·TOL.

480 [= 93] rep. Paesti prope ecclesiam, dum plagulae imprimuntur, una cum altera n. 472 ANTON. 1745.

P · CLAVDIVS · C · F
C · SEXSTILIVS · L · F
DVO · VIREI
DE SEN*atus sententia*

Io. Ant. Sergius misit Gorio cod. Marucell. A. 77. Antonini p. 250 ed. 1, I, 243 ed. 2. Henzen 7040 ex ed. 1. Est etiam in vol. I n. 1255.

2 SEXTILIVS Ant. — 4 DE SEN traditur. — Haec, quae traditur una cum n. 472 a viris fide dignis visa, omnino genuina est.

481 [= 91] Paesti paulo supra rudera templi quod credunt esse Paci dedicatum, in lapide praegrandi BAM. prope theatrum reperta supra sepulcrum quod videbatur ANT.

Q · NVMONIO · C · *f* · VALAE · PATRONO

Antonini 1, 231 ed. 2 (in ed. 1 deest). Bamonte p. 65 qui cum primum vidit integram lectuque facilem repperit, sed postea litteras evanuisse.

CEVALAE Bam., CIVALAI Ant.